



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

13. Magni ac multi aquarum laudatores.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

XIII.  
Vitrum.lib.8;  
cap. 4.

Pfal. 18. 2.  
Pfal. 22. 2.  
Dan. 3. 60.

S. Ambros.  
l. 3. Hexæm.  
cap. 5.

Constantin.  
Magn. orat.  
ad Sanct.

Tanta hæc sunt aquarum emolumenta, alia in homines, alia in pecudes deriuata, vt qui, apud Aegyptios, olim sacerdotia gesserunt, ad demonstrandam aquæ vim ac præstantiam, quoties hydriam tegerent, ad res sacras pertinentem, humi procidentes genibus, & manibus ad cælum obuersis, diuinæ ob eius inuentionem, largitati gratias persoluerent. Simile quid & Sancti fecere. Eorum enim vnus dixit: *Dominus super aquas multas.* Et rursus: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit; in loco pascua, ibi me collocauit. Super aquam refectiois educavit me.* Alij, in medijs ignibus, ceciderunt: *Benedicite aqua omnes, qua super calos sunt, Domino, laudato & super-exaltate eum in secula.* Cygni, cum natant, alis plaudunt. Exiliunt ipsi pisces, ex vndis, in sublime. Et, quasi luderet citharâ Arion, feruntur ipsi etiam identidem Delphines, velut per chorum saltitare. Ad eundem modum, conspectâ aquarum planitie, claritate, venustate, Sancti animis exultant. *Pulchra sane est species huius elementi,* ait S. Ambrosius, *vel cum surgentibus albescit cumulis, ac verticibus vndarum, & cautes niuea rorant aspergine; vel cum equore crispanti clementioribus auris, & blando serena tranquillitatis purpurascens præfert colorem.* In opere hoc artifex operis laudatur. Quare & Constantinus Magnus affirmavit, *jugem & continuum fluiorum ex aqua, per occultos illos Dei manu firmatos tubos decursum, nocte dieq; non intermittentem, plurimum habere admirationis, voluisseq; Deum, in re fluxissima, aterna & perpetua vita imaginem mortalibus obijcere.* His de causis aqua laudabilis, potest, debet, & solet laudari à gratis, & beneficia agnoscentibus. Et tamen scimus, quàm vociferati sint lamentabiliter quidam, vt sibi videbantur Heroës, deplorantes, cum Agamemnone Argynnum, & cum Theodamante, Hercule, ac nautis, *Clamantes, vt litus Hyla, Hyla omne sonaret;* itemque cum alio: *Me miserum, quanti montes voluntur aquarum!*

## C A P V T. VII.

*In ipsis etiam Aquarum damnis, periculisque, Deum & iustum, & laudabilem esse.*

I.  
Ioan. 2. 5.



Vnt etiam, qui voce, non mente, Prophetæ, clamant: *Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum, Circumdederunt me*